

2366.

Carissimo

1

POTLIBIO JOSEPHO BAYERO

SVO

J. P. D.

Ge. Henr. Rast.

1695 + 726

Tempus tandem erit reverti ad te, Aestumatissime Bayere.

Dummodo reverti dicendus est, qui nunquam quidquam tibi animo absens fuit: cum illud suavissimae conversationis nostrae exemplar tam insigniter meis oculis obversetur, tamque vivide mentem meam, ac merito, semper afficiat; veluti adhuc congregari, et confabulari, et erudiri, et reliquis familiaritatis nostrae commodis frui daretur.

Non ego longius orationem hanc fluere volo. certorem enim mihi apud te fidem fore arbitror, quam ut eiusmodi infirmandi, an persuadendi? formulis indigeam. Suppetunt etiam quae de aliis potius quibusdam negotiis tecum agere institueram,

Carissima

POSTHABEO BARRIBO ORATIO

quorum non ultimum est, ut iuvenem rarioris  
 modestiae ac sedulitatis in Orientales Linguas col-  
 latae, quantum ego quidem rerum istarum imperi-  
 tus cognoscere potui, Ge. Jac. Kebrum, cui litteras  
 has commisi, tibi de meliore nota commendem  
 Hominem esse tenuissimae fortunae oportet, quod ni-  
 mium quantum dare et parciter hic vivat, et quod  
 vel ultimos Saramantes et Indos convenire non  
 detrectet. Huic ergo si bene quid facere vel re,  
 vel consilio, vel ulteriori commendatione possis, ne  
 quaeso eum destituas: in primis cum ipsum hoc non  
 meae precis tantum, quantum communia vestra  
 studia te postulent. Praeterea, amicissime Bayere,  
 etiam atque etiam rogo, ut quae sub discessum me-  
 um curanda benevole suscepisti, singula modo, si  
 vacare tuis rebus potes, non exsequaris solum; sed  
 apud Bibliopetas quoque, praesertim Batavos, (et  
 tum non apud Sellium, quem ipse iam aeri:) preti-  
 librorum socia Scedula exhibitorum seculo  
 quaras. Cum suppellectile libraria Halle

uordiana, si Lipsiam iam venit, aderunt simul quae-  
 piam dissertationis meae exempla uno volumine com-  
 pacta. illa mihi redeunte hiberno velim transmittas, ad-  
 iunctis una responsoriis ad epistolas modo inclusas, et  
 aliqua fructus Seae portuicula, quam a Laubio te  
 recepturum confido. Pro ea autem quantum nunc pre-  
 tium tuis exsolues, e ratiuncula nostra deinde subducere poteris. Quod si vero praeter vota mea et expe-  
 ctationem, ea adhuc rerum tuarum conditio est, quod  
 ad dilatam iniquius stipendii tui solutionem attinet,  
 quae me praesente fuit; a Dectore Sobmicio sub praesen-  
 tium munditatum finem sumes rursus meo nomine, quan-  
 tumcunque tibi pecuniae necesse erit: siquidem ille  
 fere quinquaginta Joachimicos tum numerare mihi  
 tenetur. An; nihilominus eum conuenias, et gra-  
 ti animi mei factum certiore roges tua opera, ut  
 istam pecuniam summam, donec quietantiam, seu vocant  
 manu propria perscriptam transmissam, a se servare ne renuat.  
 Nonna rescribere nunc fere desuesco, quia Lipsia  
 absum. proinde tu quae vel istuc inaudieris, vel

Domo tibi perlata sunt (quod mihi necdum contin-  
 gere potuit) maxima, minima oro impertias. Ac  
 minus nouisse gestio, quo tu nunc diligentiae genere  
 exercearis? et illud nisi interrompere aliquantu-  
 lum astititum est, informari ante cuperem (tu nam-  
 que, si quisquam alius, orientalis historiae scientifi-  
 mus, hoc optime potes) an adferendum omnino  
 de Leibnitio sit, in praefatione Steudicae suae eo  
 quoque locorum remotissimorum Asiae Africaeque  
 pertigisse doctrinas Mahometicas adferentis, quo  
 quo nulla Christianae Religionis cognitio antea  
 fuerit adlata. Ea autem occasione Surenium do-  
 gmata de unitate Dei et animarum immortalitate  
 quae Mahometani nobiscum habent communia,  
 leuiter adumbrata multum mihi delectationis  
 adferrent. Ceterum Carissimos Walbium, Krau-  
 sium, Leibium, praepriis vero amantissimum Iusti-  
 Klauswitzium diligentissime saluta, et ipse est  
 mutuum amorem nostram; ita propriam valetu-  
 dinem cura. Vale. Dabam. Italae Magdeburgicae  
 XV. Calend. Maii. MDCCXVII.